

terram. De his, ergo duobus, scilicet productione illius ignis, & hoc productionis, vel conservationis, live continuationis inquiratur, sed. De primo. Si ponatur creatus, oportet ponere, quod tantumdem de alio corpore corruptibili annihilatur, vel quod in tota substantia corpore corruptibili fiat condensatio, correspondens quantitati illius ignis creati, vel oportet ponere, quod ille ignis creatus sit simul cum alio corpore. Si etiam ponatur generatus, & per consequens ex alio corpore grossiori (quia ignis est subtilissimus corpus inter corpora corruptibilia) oportet dicere quod aliquid corpus corruptibile in tantum condensatur, quantum illud est tantus corpus ex quo generatur, vel quod proportionaliter illi quantitati, et converso in corpus rarius contrahatur in densum. Si ergo generatur ex aere, & oportet vel quod aër in aquam converteretur, vel aqua in terram in eadem proportione, quæ correspondet locutioni illius generati. Patet in exemplo. Est enim quod tota sphaera aeris dividitur in decem partes, & ex una illarum generatur ignis, & habet decem partes, & quædam qualitates est in quibus illi, ex qua generetur totus ignis. Tunc quædam novem partes aeris, quæ remanent, ubi habebunt locum, vel oportet quo corpora esse simul, vel oportet illas condensari, vel alia corpora circumstantia usque ad non repletionem loci novem partium. Si autem hoc fiat per conversionem illarum novem partium in aquam, habebit tunc locatio ignis generati, et si non fiat condensatio aliquid alterius, quia illa novem non generant unam partem aquæ, sed loca: quæ cum decem partibus ignis prius generati, quæram una locatur in loco aeris corrupti in ignem, implebit remanentibus decem partibus aeris, & tunc esse cum incendio ignis diluivum aquæ, licet non in tanta quantitate, iniquam est conditio ignis a qua quæ excedere aquam prævalentem in decem partes ad illum ignem novam generationem.

De secundo. Cum ignis non maneat extra sphaeram suam, nisi in ætherea generatione secundum illud Philostophi de Javente et de sensibus *semper est in fieri*, quomodo permanet in aliqua sphaera completa circa terram? quomodo etiam deputatur, cum deputatio non sit, nisi per contempionem alicujus impunitatis, utque vaporem, vel assortionem talium corporum mixtorum, ex quibus est impunitas aeris? Brevis ergo quantum ad usumque attulimus, videtur probabilius dicere, quod hinc ignis potest extrahi iam sperari esse in materia alioquin in corpore ignito: et in carbone, vel ligna, & non ergo quod in partibus solidis, vere forma ignis, nisi ponatur forma speculifica distincta simul per se, et cum materia, quod videtur inconueniens. Si vapores existant in aere per iuxta-positionem possunt agitari, & ita ignis successiva, & nunc illorum vaporem, nunc illorum saltem pro toto aere supra partem regionis habitabili humanam, potest dici illa conflagratio. Erperit illud bene deparatur aër, quia illa corpora ignita convertuntur statim in verum & puram aërem in sua regione prædominante scilicet aëre, & illo corpore ignito propter qualitates mutuas contrarias in ipso, scilicet ignis, & vaporis inordinatam resistente aëri, & quia quodammodo agit ad destinationem sui &

De aere autem non ignitus, non sic esse statim convertibilem ab ipso in puram aërem, apparet ergo quomodo statim non possit ad idem productionem esse gressus quia per actionem illam prævia conflagratio ignis debet haberi qualitate igneum in seipsum: a quem vero, & sublimat, & valde habet quilibet aëre, & dicitur a continentem, ut statim converterent in ipsa conflagratione, & sic generatur ab ipso, qui non sic poterat in seipsum convertere illa in vapor in tantum grossior. Ad argumentum dico, quod ignis semper manet in se purus partem tenentem, cum quia lumen actus sui, quod statim non invenit ignis in se, siquid exteant nature cogitaret ad cognitionem illam: cum quia nihil per actionem a corpore condensa debet ad illam regionem ignis puri, ut sic fiat ignis impure, speculificatur autem illa impunitas de uno factiorum oblatum idalis, & de inextinguibile ex peccatis hominis, non ascendit ad sphaeram ignis, quam effusio ille, nec alia qua infectio quæcumque ex actibus hominis usque ad ignem potest ascendere: illa autem deputatio ponitur propter impunitatem aeris, & contrariam ex actibus peccati humani, ideo non sequitur ignem purgare seipsum.

D I S T. XLVIII.

DE QUADAM QUADRAGESIMA QVAM DISTINGUENTIA QVANTO PRIMO.

DE QUADAM QUADRAGESIMA QVAM DISTINGUENTIA QVANTO PRIMO.

Q U Æ S T I O I.

DE QUADAM QUADRAGESIMA QVAM DISTINGUENTIA QVANTO PRIMO.

Quod non iudicare non est, nisi potestatem habentis & dominum super iudicatum: Christus secundum naturam humanam esset iudicatur: ergo non Dominus. Præterea Aug. lib. 3. & ponit in littera super illud Jo. 5. *filii quos quis vivificat: factus est corpus filiorum Patris: sed filii secundum dispersionem humanitatis: et sic quis est minor Patre: & post subdit, secundum autem quod Deus est: vivificat animas: iudicare autem magis pertinet ad divinitatem, & quis ad corpus: ergo illud non conuenit. Christis, nisi secundum quod Deus est. Præterea si in forma humana iudicabit, ergo gloria, cum non: si gloria, sequitur duplex inconveniens: Primum, quod corpus gloriosum possit videri oculi corporali, & hoc non gloria, quia dicitur videri non, in terra illud Ioan. 6. *Videri non in qua transiit veritas*: Aliud est inconveniens, quia tunc dicitur & idolorum in visione illius forma gloria & delicta tunc enim præter se, & perceptus a sensu, & electat, nullam autem habitationem, & hoc non videtur esse contra illud Lucæ 24. *Primo cum præter magnam gloriam: & Oppositum Ioan. 6. Præter se: de illi iudicabit a facie, quia filius hominis est: ergo, secundum naturam humanam**

data est sibi potestas sic iudicandi. Præterea, Iob. 36. *Causa tua quis impij iudicavit est?* (scilicet a Pilato) *Idem iudicium causamque suscipias*, dicitur Christo, & pilato non est verum, nisi secundum naturam humanam; ergo.

Hic dicitur, quod in forma servi. Ad hoc ratio talis est, quia iudicium requirit dominium in iudicante; juxta illud Rom. 14. *Tu quis es, qui iudicas servum alienum?* (2) secundum hoc ergo Christus competit iudicare, secundum quod habet dominium super homines. Est autem dominus hominum non solum ratione creationis, sed etiam ratione redemptionis. Unde Rom. 14. *In hic enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & vivorum & mortuorum dominetur;* ergo sibi in illa natura, in qua est redemptor, congruit auctoritas iudicandi.

Præterea, iudicium illud ad hoc ordinatur: ut aliqui admittantur ad regnum, aliqui excludantur: hæc autem adeptio regni non convenit homini ex solis bonis creationis, quia supervenit impedimentum ex peccato primi parentis, quod nisi per meritum redemptionis tolleretur, nullus admittetur ad regnum illud; ergo conveniens est, ut Christus, in quantum redemptor, illi iudicio fecerim naturam humanam præficeret; sicut redemptionis beneficium secundum illam naturam exhibuit, est introductorium ad regnum. Hoc confirmatur per illud Act. 12. *Constitutus est a Deo iudex vivorum, & mortuorum.* Et ex hoc deducitur ulterius, cum per redemptionem enim generis humani universi altera natura inlitteretur, ut habetur ad Coloss. 1. *Pacificans per sanguinem crucis eius; sive que in cælis, sive que in terris sunt:* ideo non solum homines; sed super omnem creaturam Christus per suam passionem dominium promeruit, & ita iudicariam potestatem. Unde Matth. ult. *Data est michi omnis potestas in cælo, & in terra.* Additur, quod secundum divinam naturam non apparebit omnibus in iudicio, quia non possit apparere sine gaudio; quia in delectabili est considerare illud, quod est delectabile, & rationem delectabilitatis, & sic secundum Boetium in lib. de Hebdomadibus, *Id quod est, potest aliquid habere præter ipsum esse; ipsum vero esse nihil præter se habet admixtum;* ita illud quod est delectabile potest habere aliquid admixtum, propter quod non apparet delectabile: sed illud quod est ratio delectabilitatis nihil habere potest, propter quod sit indelectabile, vel sine non delectabile; res ergo que sunt delectabiles pro participatione bonitatis que est ratio delectabilitatis possunt apprehendi non delectare; sed illud quod per essentiam suam est bonitatis, impossibile est quod eius essentia apprehensa non delectet. Confirmari potest istud per illud Iob. 7. *Hæc est vita æterna, ut cognoscatur se;* ergo in illa visione consistit vita æterna. Vita autem æterna sine gaudio haberi non potest, nullo modo etiam concedetur reprobis illud, in quo consistit

sive vita æterna. Contra primam conclusionem illius opinionis aliud est dicere, Christus in forma humana iudicabit, aliud Christus secundum humanitatem iudicabit: vera enim est ista, quod Christus in forma humana creatus animas, sed non illa, secundum humanitatem creatus; immo quidquid fecit Verum, ex quo naturam humanam assumpsit, quod faciens, naturam humanam non deposuit, hoc fecit in natura humana, nisi stringas hoc, quod est in natura ad intellectum eius, quod dicitur secundum naturam humanam, ubi notatur non tantum concomitantia nature humane ad ætatem, sed cetera facta nature humane respectu ætatis, si primo modo intelligas, quod in natura humana iudicabit, non est questio nisi capere illi utram quando iudicabit deponet naturam humanam; ergo ad hoc ut sit questio, oportet, quod habeatur alius intellectus, qui magis proprie exprimitur sic, secundum naturam humanam iudicabit, sed hoc est falsum loquendo de iudicare principaliter. Probatio iudicium principale (sic haberi potest ex dictis dist. præcedenti, q. 1.) est petita, & prima determinatio eius, quod est reddendum alicui iudicium merita. Illa petita determinatio includit completum dictamen intellectus, quod hoc est reddendum, & completam determinationem voluntatis per velle efficacem, sufficiens ex se ad executionem illius determinati; sed Christus secundum naturam humanam non potest habere tale velle respectu præmij reddendi ipsi iudicatio; quia non potest habere impetum principalis efficacis conjugalium quam animam obiecto beatifico; quia secundum Augustinum de viendo Deo, *in rebus potestatis est videri; si vult videtur &c.*

Ad rationes: Ad hanc conclusionem, dico quod non concluditur de principaliter iudicare, quia per actum redemptionis non meruit principale dominium respectu hominis. Probatio, nam in quantum redemptor habuit rationem causæ meritorie pro nobis; causæ autem, que tantum est meritoria, non potest esse principalis; non enim causæ nisi ad aliqua causæ principaliter acceptetur, que proprie sit quod acceptum principaliter causat; ergo etiam quod Trinitati proprie redemptionem tenentur tantum domino supremo, quodam novo jure ultra jus dominij, quod habet ex creatione (quod verum est, sit iustum bonum esse non redemptio) ut accepta a Trinitate, quantum creatio) adhuc non sequitur, quod Christo secundum naturam humanam ratione redemptionis obligatur, ut supremo domino. Similiter ad secundam, quia non introduceret, in quantum redemptor, ut principalis introduceret, sed tantummodo, ut causæ meritoria. Contra secundam conclusionem, absolutum prius naturaliter alio potest esse sine contradictione sine eo; sed vult esse divine esse absolutum aliquid factum ab omni respectu ad gaudium, & sic prius naturaliter illo, non enim obiectum delectationis, nisi prius apprehensum; ergo sine contradictione potest visio illius esse sine alio sine delectatione. Nec istud negat Philosophos, nisi quis poneret contradictionem causatum in universo simpliciter necessarium, ita quod secundum simpliciter necessarium est causa prius conge-

condit, secundum quod potest esse eorum: eorumque autem natura intellectuali non videtur esse tantum in quantum potest cogitare, sequitur delectatio; quia causa proxima illius delectationis, quantum est ex se, necessitantur ad illum effectum. Sed Theologi negant illam proportionem quod ad quodcumque necessitatur causa secunda, quantum est ex se, necessitatur & prima quia negat primam necessitatem cogere secundam, quantum potest. Ratio illa non valet, non enim probat, nisi quia si ratio delectabilis, quae est bonitas, non potest esse non delectabilis, sed non sequitur, ergo non potest non delectare; quia delectabilis dicitur aliquid in se, vel se respectu, non in se respectu ad alium; qui necessitatur consequitur fundum in eo, si delectare dicitur in se, non posterioriter contingit causa illi in ordine ex cogitatione si determinatione voluntatis divina ad eorum naturam spectabilem. 248

Ad illam confirmationem de Ioan. 17. respondeo; sine glossa auctoritate secundum Philosophum 1. 2. *Mera*. Adus intellectus est vita; ergo adus intellectus accendit vitam aeternam si adus actus, si appetitudo, si appetitudo; tunc autem istis accendit divina, si concedatur ut dicitur; licet non esset aeterna adus, tamen appetitudo quantum esset ex parte adus, vel potentiae, apparet, ut esset aeterna; ergo vita aeterna; sed si ex hoc inferatur, ergo beatitudo, non sequitur. *Tamen* si dicitur, Christum dicitur; quod in hoc est beatitudo, *ergo* non accipis totum Evangelium, sed quandam gloriam specialiter intellectus habet; ergo vis praesens voluntate verbum sine omni gloria, solum tibi; quod est vita aeterna; si autem per alias glossas vis arguere, quod loquatur de beatitudine, ergo licet mihi te addere glossas, non distrahatur, ut cognoscatur te amando & fruendo. 248

Ad questionem supponendo, ex prima questione distinctae proxime: quod iudicium est completa discretio eius, quod res eadem est aliquid pro merito, & illa completa discretio includit perfectum iudicium in rebus de hoc; & perfectum esse voluntatis, non quatenus, sed effectus, sequitur, quod principaliter iudicare includit principaliter dicere; & principaliter habere *vis* effectus. Nihil omnino dicitur principaliter agere aliquid, quod in agendo est causa subordinata aliove alteri principali; ergo principaliter iudicare non competere nisi naturae intellectuali, cuius intellectus non subordinatur aliove alteri in iudicando, nec ejus voluntas subordinatur aliove voluntati, sic quod ad illud imperium sit imperio effectus. Nunc autem habet *vis* naturae Christi subordinatur est divina vocata in distinctae de maxima de illis, de quibus potest esse certa dictio; nisi ex regulis determinatis a voluntate divina commingatur se habentem ad eas, cuiusmodi sunt omnia, quae sunt ad beatitudinem, & iudicium iudicatum voluntatis etiam anime ipsius est subordinata voluntati divinae recte volendo; & quantum ad iudicium effectus vel aliquid preparando illud effectus, sic quod per suam imperium illud operatur. 248

naturae, subordinatur necessitatio voluntati divinae, quia illa voluntas anime Christi non est omnipotens; ergo impossibile est Christum secundum naturam humanam principaliter iudicare. Resolvitur enim tota natura creatura solum non habet effectus imperium, respectu huius quod est hoc animam videtur Deum. Dico effectus ad quod imperium, ex suo imperio in se, non ab alia causa, sequitur effectus; nec illa voluntas Christi primum principaliter imperare Petrum locum beatum; sed tantummodo subalterniter imperare, tanquam illud imperium fiat effectus ex suo imperio, in virtute cuius imperii. Alio modo potest accipi *iudicatio*, non sic omnino principaliter, sed commisitatio, vel subalternitudo, excellenter excellentia singulari, quod scilicet non possit esse auctoritas communitaria superior; & hoc modo concedo, quod Christus secundum naturam humanam iudicat, quia est potest potest creature committi, quod intellegitur ejus recte dicitur de retributione; & voluntas recte valet; & ad eadem *vis* esse semper sequitur eventus ipsius voluntatis; licet non a se causatur, sed a voluntate divina assistente semper illi voluntati effectus; tamen non potest committi pure creature quod omne ejus *vis* impulerat ab eadem persona; quia tunc pura creatura esset omnipotens; ergo supra commisso *vis* illis est, quod non solum omne determinatum a voluntate intelligitur eventus, sed quod ad eadem persona, cuius est illa voluntas, eventus, ut sic persona illa habeat imperium effectus, cuius voluntas creata determinat eventum alioque in suo ordine, quantum potest. Hoc modo voluntas anime Christi determinat subalternitudo, sive commisitatio, & commisitatio, quod licet illa voluntas non imperat principaliter, sed nec principaliter dominatur; tamen bene imperat, sicut habens dominium respectu imperati; sed commisitatio imperat, quia ut habens dominium subordinatur dominio supremo Dei; & ad hoc est imperium, quod imperium est effectus completum habet ab eadem persona. Et si aliam auctoritatem iudicandi tribuit aliquid anime Christi, videtur blasphemus, attribuendo naturae creatae quod est proprium Creatori. Ita autem via licet non concedit illi anime Christi omnipotentiam, ita non negat ad ea summa excellentiam, quae potest competere creaturae. Nec auctoritates illae adductae pro propria opinione. *Rom. 1. 6. Si verum, & mortuorum dominatur.* & *Act. 2. Iudex verum, & mortuorum;* & *Matth. ultimum. Data est mihi omnis potestas;* intelligenda sunt de dominio, vel auctoritate iudicaria, vel potestate principalis, sed subordinata, tamen consentientia, quae potest esse sub principalis. 249

ob. Ad argumenta. Ad primum dico, quod Christus, ut homo habet potestatem commisitatio, sed non principalem; & ita competit sibi non principaliter iudicare, ut homo. Ad secundum, illud Augustini dicitur, per appropriationem, sicut Magister expetit in littera, vel iudicium dicit, quod vivificatio animarum. Ioh. Dei competit, & hoc sive de vita prima, quae est justificatio, sive de vita portio, quae est beatitudo, & Resurrectione, & corporum, & iudicium potestatem competit. 249

re re Christo homini, ut imperanti, licet imperio subsauthentico, quia respectu illorum potest habere dominium minus principale; saltem accipiendo resurrectionem pro illis præambulis, quæ sunt ministerio Angelorum; quia Christus habet imperium efficax respectu potestatis Angelorum: similiter habebit imperium efficax illius sententie tendente etiam ipsi secundum naturam humanam. Ad aliud, dico quod apparebit in forma gloriosa, quia postquam senel glorificatus est, nunquam erit non gloriosus, sicut postquam transiit in immortalitatem ad Romam. *Mors illi ultra non dominabitur*; & ita de aliis potentibus ad gloriam corporis. Sed si accipias apparere non pro hoc, quia corpus habebit in se, sed quod videbitur iudicandis; potest dici, quod a Beatis videbitur in illa forma gloriosam annis in iudicio bestiarum quicunque est in etiam in corpore. Sed de multis est difficultas. Potest dici, quod vel non videbitur illam formam gloriosam, immo nullam, & tunc oportet exonerare illud. *Videbitur in quem transiverunt*. Vel videbitur Christum in corpore glorioso. Nec est hoc sequitur aliqua delectatio, quia bene possibile est visionem objecti convenientis separari a delectatione, sicut tacitum est contra aliam opinionem. Nec est inconveniens oculum non gloriosum videre corpus gloriosum. De hoc in materia de donibus corporis distinetur sequenti. Si contra hoc adducas illud Isa. 26. *Tollatur impius, ne videatur gloriam Dei*; Ibi est quidam dialogus inter Deum & Prophetam. Propheta allepente contra impium: *Non videas gloriam Dei*, & Deo respondente pro impio, *Videat*; & illud est verbum Prophetæ secundum legentes litteram sub eodem sensu ab illo loco in terra nullum videant. Alio modo minus legitur, ut sic allepazio Prophetæ contra impium. *In terra usorum iniqua estis*. Et sequitur sub interrogatio verbum Domini, & non videbit gloriam Domini. Quasi dicitur, non videat. Respondet Propheta, *Domine exaltet manus suas, ut non videant*. Respondet Deus *videant, ut confundantur* & zelantes populi. Et sic illud alitum videant, referretur ad visionem æternam; non tantum ad visionem in iudicio; & tunc illud videant, ut confundantur, non pertinet ad idem sed videant, supple impii conversi pro misericordiam, & ex hoc, confundantur & zelantes populi quia zelo quodam nolant impleri facti misericordiam. Si autem accipitur tantummodo de visione in iudicio, tunc potest intelligi, quod impius etiam tunc non iustificati videant gloriam, id est formam Corporis Christi gloriosam, & confundantur, quia illa visio magis erit eis confusibilis, & irrisibilis, quam delectabilis; mens tamen licet magis est de visione in forma delectata, quam humanitatis.

QUESTIO II.

Primum in iudicio, vel post cessatis motibus corporum calefactum;

Quod non; Genes. 1. dicitur de luminariis, *Fiant luminaria*, & *est in tempora*, & *signa*, & *etiam*, & *annorum* & quo

ad hunc finem videtur facta: sed illud haberi non potest sine motu eorum. Præterea, Genes. 8. *Causa dicitur terra esse siccata, & herba & nox, & dies non requiescent*. Præterea 9. *Metaph. cap. 7. (a) Semper agi sol, & astræ, & totum cælum: non autem est impendendum, ne quando stet, quod tamen, qui de natura*. Et subdit quasi probationem duplicem. Prima est hæc, *neque laborant, hæc agens est*. Et hanc rationem magis pertractat. 2. de Cælo, quod questio in hoc latet, *Nullum agens esset, movere, nisi in hoc fatigaretur*. Aliam probationem tangit ibi in 9. *Metaph. Non enim secundum potentiam contradictionis inest ipsi, ut corruptibilis motus, ut si laboriosa continuatio motus, quæ minor sit illa*. Hic movetiam non fatigatur ex hoc, quod non sit in eis potentia contra dictionis, & adhuc illud suppositum probat ibi. 9. *Nam materia, substantia, & potentia non actu causa huiusmodi, scilicet contradictionis*. Præterea, universum non erit imperfectius post iudicium, quam nunc; ergo corpore principali universi non amittet tunc propriam perfectionem aliquam: sed motus est propria perfectio cælium corporum, vel requiritur ad eorum perfectionem: quia si non iustitia moverentur. Præterea, actu motus cæli est naturalis, ut violentus. Non violentus, quia, 1. de cælo, *Nullum violentum perpetuum*; sed talis motus potest esse perpetuus, si naturalis; ergo quæ optio sita est violenta; & per consequens illa non erit perpetua. Opportunitum in littera: *Tunc non erit vicissitudo diei, & noctis*. Et probat per illud Zachar. 14. *Erunt dies una, quæ nota est Domino*; non diei, nec que nox. Præterea, 1. de dot. de ordine causalium, lib. 4. c. 5. & ponitur in littera; *post iudicium sui labori sol mercedem suscipiet*, & non veniet ad occasum, nec dol, nec Luna sed in ordine, qui creati sunt & stabunt, ne impii in tormentis sub terra possint fruatur iuce eorum; *Vnde Abacuc: Sol & Luna steterunt in ordine suo*. Hæc luditor.

In illa Quæstione. Primo videndum est, quid senserit Philo sophus. Secundo quid Theologi. De primo fatis patet: Apparet enim ex intentione sua in diversis locis, quod senserit motum cæli perpetuo duraturum. Ad hoc ponit unam rationem. 12. *Meta. talem. Quoniam substantiam impassibilem, opimum sortiam esse finem oportet a firmare*: Nulla erit altera substantia impassibilis præter has; quæ sunt active cause latitum. Ex hoc arguitur, si optimus finis substantia, separata est in causando latitum alieque corporis cælestis, & non potest aliqua talis substantia carere fine suo; ergo non potest non movere. Hanc rationem aliqui, non intelligentes eam, sicut Philosophus, qui eam fatit, derident illam, quia etiam secundum Philosophum 10. *Metaph. perfectio ipsarum consistit in speculatione veritatis non est ergo finis earum, etiam secundum eum, movere corpus, si licet hic videatur accipere. Sed illa instituta procedit ex quoque ratione finis. Unum enim modo est finis perficiens, & sic beatitudo in intel*

latus vel voluntate intelligentie, ponitur ejus finis intra, & objectum
latus ponitur finis extra. & hoc intellectus ipse. 10. *Ethic.* & alia fi-
nis simpliciter est finis. Alio modo finis dicitur ultimum consequens
ex perfectione rei, licet non perfectus finis, & hoc modo dicitur Phi-
lophilus, quod non solum ille substantia sunt perfecta in se, sed ex
plenitudine perfectionis necesse est quod communicent illam perfectio-
nem aliis, & ita non tantum primum sine in fortiter, sed secun-
dum: ille secundus haberi non potest. Iste motione aliquis corporis
caelestis. Et illa ratio hinc intellectus potest hinc fortiter. Substantia per-
fectissima non caret aliquo, quod competit substantia ex perfectione
substantia, live illud sit perfectio ejus intrinseca, five communicatione
perfectionis ejus extra; sed substantia ex perfectione substantia com-
petit, quod non tantum in se perficitur, sed perfectionem suam
communicat alii producendo; ergo studium maxime competit substantia
imparsi sibi: sed non possunt aliquam substantiam producere, nisi
movendo caelum: hoc præsupponit igitur tanquam declaratum in 7.
Metaph. contra ideas Platonis, & quod ille sit intellectus Aristotelis
& Philosophorum accipitur ab Avic. 1. *Met.* ubi ipse vult, quod
uno modo Metaphysica est utilis alii scientiis, quia dirigitur, &
regulat (quomodo potest etiam concedi, quod dominus sit utilis ter-
tio, secundum consensum ibi) & converso autem proprio accipiendo
utilitatem non convenit, nisi illis ad finem, & sic aliter facti utiles
Metaphysica, servit utrius dominio & ergo eodem modo, cum utilitas
sit æquiva, ponit etiam finis æquivaque, ut utilitas primo modo
dicitur correspondere finis terminus non continuatur, ut utilitas secun-
do modo dicitur correspondere finis perfectionis. Unde nullus Philo-
sophus ponit necessitatem agendi extra, & competere substantia separa-
tam, quasi illa producta necessitate aliquo modo ipsas substantias
producentes, sed quia ex plenitudine perfectionis illarum substantiarum
est, quod necessitatio se diffundant ad alias. Secunda ratio Philo-
sophi talis est: Quodcumque permanens & sempiternum ad quodcum-
que aliud permanens & sempiternum, semper & necessario habet
eandem habitudinem. Hoc probatur, quia si aliud non potest necesse
aliqua variari, nisi ex variatione alterius existens, sed extrema sunt
sempiterna, & invariabilia. Sed intelligentia movens, est quedam
substantia permanens sempiterna, & caelum similiter, ergo sempiternum
hoc habet eandem habitudinem ad illud, sicut movens ad motum.
Si influxus ubi ergo incipit dissimilis habitu ad sempiternum ad ali-
quid? Respondeo secundum eum, prima dissimilitudo est in partibus
aliquis sempiternis, licet sit uniformis secundum totum, quia enim
motus ille est uniformis ex uniformis habitudine motus ad movens,
ideo habet partes novas dissimiles, & ex hoc dissimilitate partium
influxus sequitur alia dissimilitas, vel varians in substantia gentis
illo modo: & sic causa uniformis, puta intelligentia & caelo, &
se uniformiter ad invicem habentibus, causatur primo aliquid uniformis
contans ex partibus dissimilibus ut motus, & mediante illo alia
dissimilitas simpliciter. Tertia ratio, quod quod est in curibus, vel est

simpliciter necessarium in essendo, & vel ut in pluribus, vel ut in pan-
cioribus, vel ad utrumlibet. In caelo nihil est ad utrumlibet. Nec
ut in paucioribus, quia utrumque esset imperfectiois rebus in
tali corpori. Nec aliquid est ibi, in pluribus, quia tunc quandoque
oppositum contingeret, licet ut in paucioribus, quod nunquam
visum est: nunquam cum evenit oppositum alienis pertinentis ad mo-
vens. Ille regulatur; ergo quod quod est ibi, est simpliciter necessarium.
Theologi autem communiter tenent oppositum, pro quo adducunt
auctoritates, & rationes. Auctoritas una ista. *Gen.* & ponitur in *Hebr.*
Gen. ubi dicitur: *Sol autem non occidit per diem.* Sed illa dicitur
sicut responderi Magister adducit *1. Metaph.* *1. Super Salam* non mo-
get Solem, & Lunam tunc licet, licet hoc videatur verum scriptis
& significatur ibi quod erunt in aeterna veritate, & multum hinc
est præfari. Unde Hic, *Solus autem non occidit per diem.* Et
ut ipse Dominus habet in perpetuum. Similiter in *Hebr.*
ita auctoritas Apoc. *Gen.* non erit Sol. Alia auctoritas adducit
tunc Apoc. *1. Super Angelus etc.* quod sol hoc tempus a
maneri: sed exponit illud, quod non est amplius tempus, ut
impudenter proponit, quia jam erit omnia completa. Adducit ratio
talis: motus colorum est tunc quod propter suam, propter generatio-
nem, & corruptionem; ergo cessante illa generatione, frustri est
talis motus. Et istud confirmatur *1. de Generat.* quod patet latro-
dini diurnam necessaria est latro Solis in obliquo circulo, ut sit con-
tinua generatio; & corruptio illorum interorum. Et idem Philo-
sophus *1. Physic.* *Salam* quodammodo finis omnium. Sed istam ratio-
nem deridet Philo. Nonquam enim aliquid inobis est
necessitudo finis loquendo de sine perficente, sed tantummodo de sine
proveniente, seu qualitercumque terminante, & tunc ex defectu finis
finis, (quem tamen defectum ipse negare est tunc, quod non
generationem perpetuam, sicut & motum eam) ex illo tamen defectu
invenitur, non sequitur motum eam deficere, sicut nec ex defectu
est effectus sequitur causam deficere, maxime si effectus deficit, non
propter defectum hujus causæ, sed aliquid alterius sicut obicit
Theologus dicit, quod generatio non deficit propter defectum
causæ in sua consuetudine, sed propter voluntatem diurnam. Et cum
dicitur de hoc, nullam apparentiam habet, quia non est aliquid
frustra, si habet finem perficentem, licet non proveniat effectus
quod finis existens, qui non est perfectio sicut nec Deus tunc
ita ad aeternum, licet non erant illas res extra, quia sunt finis
dammodo omnium. Illa auctoritas *1. Physic.* potest exponi, finis
them, supple generabilium; & contraprobabilem, quia homo est nobis
hominum inter illa, & in hoc quodammodo finis perfectus.
Ad præsuppositionem potest dici, quod nec Philo. probat nec
nec conclusionem suam; nec Theologi tamen, sed pro rationem
necessariam; sed nec per auctoritatem Scripturæ evidentem; & pa-
1. *1. Metaph.* *1. Super Salam* non moget Solem, & Lunam tunc licet, licet hoc videatur verum scriptis & significatur ibi quod erunt in aeterna veritate, & multum hinc est præfari.

ter ex esse, quomodo solvitur illa que adducuntur pro secunda via. Rationes autem pro via Philosophi solvuntur postea. Quid ergo? prima pars probabilis videtur probare per rationem, quam secunda. Secunda licet non expresse habeatur in Scriptura; magis videtur concordare cum dictis Sanctiorum, & Scriptura; Et possibiles utriusque partis probati potest a Prima simpliciter, & hoc tam communiter secundum Theologos, quam secundum Philosophos, quia cause illæ moventes, sicut sunt sufficientes ad movendum per tantum tempus a principio mundi usque ad iudicium: ita sunt potentes movere in infinitum: virtus enim illa infinita primi motus, sufficit ad movendum ex se in ordine prime cause, & alie virtutes sufficientes per illud sempiternum movere in virtute illius. Possibiles secundæ parti probatur (sed non ex concessis a Philosophis, sed Theologis tantum) quia voluntas Dei contingenter te habet ad movere caelum, & non movere. Prima causa contingenter se habente ad effectum, effectus est simpliciter contingens, & potest simpliciter non causare, quod illa causa potest in suo ordine simpliciter non causare, & illa non causante nulla alia causabit. Præterea, arguitur ex parte ipsius mobilis, quia motus exli non est naturalis, nec violentus. Non naturalis, ut probat Avicenna *Met.* quia tunc cum perveniret ad illud, ad quod naturaliter moveretur, naturaliter quiesceret: quia motus naturalis est ad quietem naturalem in illo ubi, ad quod est motus: & per consequens ab illo esset motus violentus: & tunc ultra, cum semper dum est accessus alicuius partis ad aliquod ubi, est recessus alterius partis ab eodem ubi (immo quælibet pars, postquam transivit illud ubi, dum accedit ad illud ubi, recedit ab illo secundum diversas partes circuli, in quo movetur) sequitur quod idem simul moveretur naturaliter, & violentè. Nec est violentus, quia tunc recessus ab illo esset naturalis, & tunc ut prius simul naturalis & violentus: ergo ex parte ipsius mobilis nulla est repugnantia; nec quod motus continuatur, nec quod finitur. Contra secundam viam, que est Theologorum, obicitur sic: Post iudicium est successio in cogitationibus Beatorum, vel saltem damnatorum: & etiam in actionibus imaginativis; talis successio non potest esse in tempore, quia secundum Averroes *q. Physic. c. de tempore, 1. dicitur*, 11. si quis non perciperet aliquem fluxum, nisi tantum in actu imaginandi, adhuc perciperet tempus: si ergo tunc tempus erit, & tempus non potest esse sine motu cæli; quia tempus est passio primi motus *q. Physic. c. de tempore in fine*: ergo sic. Præterea, si flarent corpora caelestia habentem immobilitatem ad actionem in corpora supposita; quia accedente Sole; tunc plus generatur de elementis superioribus, & etiam corrumpitur de inferioribus: & e converso, ipso recedente: ergo Sole perpetuo stante super aliquam partem mundi, crederetur in illa parte immobilitate generare plus de igne, & corrumpere de aqua & terra, & ita in illa regione impiofas, non flaret distinctus ordo sive ratiarum elementarium. Constat tunc in parte opposita quibus esset oppositus motus contrarius: & quælibet pars ab eodem motu non potest illi, & illi in

rationis, & corruptionis, vel alias essent duo corpora simul, vel immoderata condensatio: idem sequeretur de mixtis (si tamen aliqua mixta poneretur tunc manere) nam corpora caelestia flammæ diæresis super illam regionem corrumpentur illa mixta, & tandem omnia in aliqua convenientia virtutis elementorum istorum supposita virtuti illorum. Præterea, in quolibet ordine essentiali, destruido primo destruitur omne posterius. 2. Actus motus caelestis est simpliciter primus motus, ex 8. *Physic.* ergo illo destruido, impossibile est aliqueum alium esse, sed tunc possibile est aliqueum esse: utpote motum localem omnium Beatorum, & etiam aliqueum alium motum in istis inferioribus. Si enim actum approximeret passo, utpote ignis alicui combustibili, non est ratio, quare non possit agere in illud: & ad hoc est articulus, *Stante celo, si applicetur ignis supra non poterit comburere, error est.*

Præterea quarto, si Sol semper flaret, in opposita parte terre famo pet esset tenebra, quia cum terra sit corpus opacum, necesse est, quod obiecta luminati faciat ultra se pyramidem umbrosam. Ad primum dicitur, sic, quod tempus non est in motu cæli, sicut ipsa quantitas in alia quantitate: quia non oportet ponere duas tales quantitates in eodem subiecto permanente, quarum una sit quælibet subiectum, & alia quælibet passio: ergo tempus ultra motum, ut motus includit propriam successione, non addit, nisi rationem mensuræ formaliter, & fundamentaliter rationes illas, que requiruntur ad mensurandum: que sunt uniformitas, sive regularitas & velocitas: quia mensura est quid certissimum quorum ad primum scilicet regularitatem, vel uniformitatem: & minimum quantum ad secundum, scilicet velocitatem, tunc autem non manebit aliquid motus velocissimum, vel saltem non uniformis, & vel regularis, & sic iteque in illa motu fundabitur ratio mensuræ ad omnem alium motum: & ideo tempus non erit eo modo, quo nunc ponitur passio primi motus. Si arguatur, mensuratum non potest esse sine mensura. Respondetur, hoc verum est de mensura rei in esse quidditativo, & ratio est, quia mensuratum tale dependet a mensura tali ex 5. *Metaph. cap. de ad aliquid*, quia refertur ad ipsum, & non e converso; sicut scibile est mensura scientie, quia scientia dependet ad ipsum: non est autem verum de mensura accidentali que per applicationem, vel coextensionem mensuratur: sicut una mensuratur annum, Patet enim, quod quantitas panni non dependet a quantitate ulnar, & hoc solo modo, motus panni acceptus secundum suam extensionem successivam cum relatione mensurationis ad alios motus, est mensura eorum per applicationem, vel coextensionem: non autem per terminationem dependentem essentiali eorum. Pro illa responssione adducitur illud *Joie 10*, quod ipse pugnavit stante Sole & Luna, & per consequens toto celo, ne illis languibus, & aliis omnibus corporibus motus, esset nimis irregularitas in motu istorum corporum, caelestium & August. 11. *Cosmic. Stante celo moveretur rotula figurata*. Ad secundum, illa ratio non debet movere, ut propter tale actionem

immoderatam vitandam in elementis, ponatur caelum non stare; quia tunc erit eadem ratio agendi, quae & nunc, licet non agere universalia, quae & tunc. Primum probatur, quia tunc non est ratio agendi ex parte cause particularis, nisi quia habet formam sufficienter activam, & passum approximatum; vel si dicas cum hoc aliud agens universale, scilicet caelum: Volo, non inquantum motum localiter, quia motus localis non est sibi ratio agendi in suo ordine: nihil enim sibi motus localis secundum Philosophum. 2. de Generatione. nisi, quod adducit generans, hoc est per ipsum fit approximatio agentis habentis virtutem propriam ad ipsum passum. Sed haec omnia, scilicet particularia agens, habens, virtutem activam propriam, & approximatio ad passum, & habitudo, sive aspectus ad corpus caleste habens determinatam virtutem cause superioris, possunt tunc poni; quia corpus caeleste quietens eandem virtutem cause superioris habet, respectu cause inferioris oppositae, quam habet et si non quietens; ergo omnia sunt requisita ad actionem tunc, quae & nunc. Secundum probatur nam quod modo non sit immoderata actio, hoc est, vel ex parte causarum proximarum resistentium sibi mutuo in actionibus suis, etiam pro tunc, quando utrumque est sufficienter approximatum passu; puta Sol hinc, & Saturnus inde, ad unum punctum terrae; & ista resistentia non debet inveniri in utriusque quietentibus, sicut motus: vel ista non desiderio est ex parte totius caeli, quia harmonia est in omnibus concentricis caelestibus comparatis ad aliquam partem aequivocam, & passivorum, ita quod non permittit immoderatam consumptionem repugnantiem perfectio esse elementorum in suis sphaeris, & ista causa erit tunc, ut nunc: vel si non possit inveniri, causa in isto caelo, vel in ipsis elementis hujus prohibitionis, possit poni in voluntate divina conservante.

Ad tertium, primitas motus caelestis ad alios motus non est primitas cause vel alienius a quo dependet essentialiter; sed tantummodo cursum perfectionis in quibusdam conditionibus motus, quae sunt regularitas, & velocitas: patet enim, quod essentialiter non dependet actio corporis caelestis in aliquo interius, ex motu illius corporis, quae secundum Philosophum 2. de Generatione: *Nihil facit ratio ad generationem, nisi quod adducit generans: ergo illi sine illi motu generans esset aequae approximatum, aequae aeger*. Ad quartum non habetur pro inconveniente de illa Pyramide umbrosa, & ex hoc deridet illa auctoritas Histori adiecta, quod Sol, & Luna stabunt, non damnant sub terra habere aliquod lumen: non enim sic sunt sub terra, sicut aliquid imaginantur antipodes, quasi in superficie opposita nostrae terrae habitabiles, sed sunt sub terra, id est, in centro terrae, vel concavo terrae, & sic non magis habent lumen, si Sol circumferretur, quam si Sol semper staret in una parte.

Similiter illa pars illius auctoritatis, quod Sol & Luna in ordine, in quo circumferunt, stabunt: videtur autem factis irrationabilibus lumen

quis

quia ex quo recesserit semel ab illo sicut, non redeunt iterum ad eundem iura solum triginta sex millium annorum: ergo oportet iudicium usque ad hunc terminum differri post creationem mundi, quod non est probabile. Similiter creata erat in situ maxime convenienti novae productioni rerum: stabunt autem in situ maxime convenienti conservationi rerum sine nova productione; ergo non potest ille situs esse ille.

Ad argumenta principalia. Ad primum, non est finis principasse lunationum, quod in lunis in dies, & annos etc. sed est finis sub sine pro tempore vitae mortalis hominum indigentiam tali distinctione temporum.

Per idem ad secundum, *causis* &c. hoc est causis diebus, quibus utilis est semetis, & melius, quod non est nisi pro vita mortali. Vel aliter, *causis diebus terrae*, id est conditis diebus vitae terrene hominis. Ad aliud, patet quod illa conclusio sive de intentione Philosophi; sed male probatur, quia agens non fatigatur: agens enim voluntarie potest cessare ab agendo, licet non fatigatur in agendo: Vade haec esse concedenda, quod omne genus, quod in agendo fatigatur quandoque desinit: sed si non fatigatur, non oportet, quod non desinat, quia est alia causa desinentis vel cessandi, quam fatigatio.

Illas autem alias propositiones de nono Metaphysice, quod non est ibi potentia contradictionis, & hoc, quia nulla est ibi materia, si adducantur ad probandum instigabilitatem, concedo; sed ex instigabilitate non sequitur propositum. Si autem adducantur ad probandum conclusionem principalem, non valet: quia sive in caelo sit materia, quae est pars substantiae, sive non, saltem materia in potentia ad *ubi*, scilicet subiectum mobile; est ibi, & oporteret probare, quod illud non sit de se in potentia contradictionis ad motum, & non motum; oppositum enim videtur probabile, cum non habeat in se nisi potentiam receptivam mobilis ad motum; & omnis potentia receptiva videtur esse contradictionis.

Ad aliud dico, quod motus non est nisi perfectio ipsius caeli secundum *quid*: & caelum desinere non est inconveniens, maxime cum quies perpetua sit sibi maior perfectio. Est si arguas tunc, frustra moveretur modo. Et pateret motus se habere ad quietem, sicut positivum ad privationem. Ad primum, caelum non moveretur propter aliquid perfectionem intrinsecam sed levitate sui, quae consistit in motu, vel acquiratur per motum: sed eandem non imperfectione caeli, quia est in potentia neutra ad moveri, & ad quietere: perfectio tamen universi pro statu illi magis requirit caelum moveri propter statum corruptibilem. Ad secundum, accipiendo *quietem*, prout praecise dicit eandem motus, hoc est imperfectionis; quia quatuordecim quae positivum illud, quod dicit motus, sic imperfectionem, tamen eandem eius ut quietis, non est sic perfecta: sed in quiete esse aliquid substantiam, idemque, sive unamquamque essentiam, & tirad est simpliciter perfectio, quam sit illud positivum in motu, scilicet aliter

& aliter se habere. Ad aliud, respondet Avicena, quod nec est naturalis, nec violentus: sed ex parte agentis voluntarius, licet tali voluntate quæ secundum ipsum & Arist. necessario determinatur ad agendum. Ex parte autem passi ponendus est neuter (sicut dictum est alias,) quia superficies est in potentia neutra ad albedinem, & universaliter quando subiectum ad neutrum contrarium determinate inclinatur, neutrum recipit naturaliter, vel violentè: est tamen in eoque quædam habitus ad motum circularem propter hoc, quod ipsum est spherice spherice. Sed ista habitus non sufficit ad naturalitatem, sed tantummodo ad non violentiam. Ad rationes adductas pro opinione Philosophi. Ad primam, Theologus forte haberet negare ab intelligentia omnem potentiam productivam substantiæ, & tunc videretur difficultas; quomodo istud non competeret sibi, & tamen substantiæ imperfectioni competit; & licet in hoc non perficiatur substantia in se, tamen competit substantiæ propter perfectionem sicut arguitur est. Si iterum daretur Philosopho, quod ista substantia est communicativa sui producendi substantiam: non sequitur, ergo necessario vel semperque, quia productio actualis alterius substantiæ, non est propter bonum illius in se, sed universi, & bonum universi non requirit in infinitum talem productionem: & in hoc esset perlegendis Theologus, si vellent arguere pro parte sua ex creditis; vel ex probabilibus iniquitè, secundum rationem naturaliter ostendens quod perfectio universi magis requirit, vel æque comparatur generationem cessare, quam ipsam continuari ultra. Ex hoc non habetur propoitionem de motu, sicut responsum tuit ad rationem pro opinione Theologorum; sed oporteret ostendere, quod perfectio universi magis requirit quietem istorum corporum, vel æque permittit eam.

Ad secundum, oportet negare istam propositionem maiorem, in agente voluntarie, quia voluntate antiqua & immutabili potest differenter agere in passum antiquum, & esse immutabile in se. Et tunc ad probationem maioris extrema scilicet novæ habitudinis non erant ab soluta natura agentis, & absoluta natura passi, quæ sunt uniformes sed agens & passum ut habent formam novam causatam ab agente, & illud fundamentum est novum, & ideo fundit novam habitudinem passum ad agentem. Si queratur, an istud novum causatum aliquam habitudinem novam passum ad agentem habeat? Dico, quod nulla est, quia sicut prima novitas in passu est in habendo hanc formam, ita prima habitudo novæ ejus ad agentem, est secundum istam formam novam. Ad tertium dico, quod aliquid potest contingere ad utrumlibet, ita quod ex parte ipsius cæsi non est repugnans ad hoc; quia est de se in potentia contra additionis: sed complete contingens ad utrumlibet est ex contingencia ex parte ipsius causæ voluntariæ moventis, sic quod ejus voluntas, nec a necessario determinatur ad movendum, nec ad non movendum.

DISTIN. XLIX.

CIRCA istam distinctionem nonnisi quadragesimam primo quaeritur.

QUESTIO PRIMA.

Utrum beatitudo consistat per se in operatione?

Videtur quod non Aug. 13. de Trini. cap. 5. in fine. post alias definitiones reprobaras istam inter: *beatitudo ergo non est, nisi qui habet omnia quæ vult, & nihil mali vult*; ergo beatitudo consistit in habendo omnia bene volita: multa autem sunt bene volita alia ab operatione; ergo &c. Confirmatur per illud Boet. 3. de Consolat. *Beatitudo est status omnium honorum aggregatione perfectus*, tunc, ut prius, istud non consistit in sola operatione; ergo &c.

Præterea, beatitudo consistit in conjunctione ad objectum beatificum: illa conjunctione est relatio operatio est aliquid absolute; ergo &c. Confirmatur, absolute in contradictione potest manere absque respectu fundato in eo, quia est prius naturaliter tali respectu respectus ad objectum fundatur in operatione; ergo operatio potest manere sine tali respectu ad objectum; sed sine eo non est beatitudo, alioquin esset beatitudo, & non in objecto beatifico. Præterea, secundum Philosophum 1. *Ethicæ* ad rationem beatitudinis oportet quod in se sit secundum vitam perfectam, alioquin felix posset fieri insecto alioquin etiam beatus non haberet suam omnium desideriorum, quia non tantum recte de desiderat ab aliquo bene esse, sed in illo bono permanere operatio autem est transiens, & in fieri, & ita de ratione sui non habet, quod est secundum vitam perfectam; ergo &c.

Præterea, nullum agens est perfectius ex hoc quod per actionem suam aliquid producit: operatur autem est aliquo modo causa productiva suæ operationis; ergo non est simpliciter perfectior per operationem, est autem beatus simpliciter perfectus per beatitudinem; ergo &c. Prima probatur, quia effectus non est simpliciter perfectior ipsius agentis, cum agent vel sit æque perfectum, puta est univoce vocum, vel perfectus illo, si est æquivocum. Confirmatur, quia si simpliciter sit de imperfectiori perfectus; ergo simpliciter mutatur in inconveniens est autem agens in eo, quod agens, mutatur, ex 3. *Physicæ* in qua tunc in eo, quod est in actu, est in potentia. Confirmatur, quia beatus non est causa effectiva suæ beatitudinis, quia tunc est beatificatus, est autem causa effectiva suæ operationis; ergo non est simpliciter perfectior per operationem, quia tunc est in actu. Præterea, habitus est perfectio simpliciter nobilior actu beatitudinis, est perfectio nobilissima; ergo magis consistit in habitu, quam in actu. Probatio prima. Tum quia secundum Philosophum 3. *Topica* *Bonum dicitur utrumque est melius, habitus est bonum dicitur utrumque, seu*